64

158

156

Illustri Viro
Constantino Hugenio
Zuylichemij &c Domino,
ex Gallia reduci
Franciscus Plante S. & O.

Gaudemus, & quidem ex animo, Vir Nobilissime, salvum Te in patrias oras appulisse, rebus omnibus rite peractis. Principem vidisti incolumem, atq. Ille Te.

Deum precamur ut Aulae porro, Patriae, Tibi, bonisq. omnibus adsit Spiritu suo Sancto, ratesq. inter nos afflictissimas dirigat in optatum portum, manu omnipotente, ut Nomen ejus glorificetur. Conati fuimus interea (invita licet Minerva) aliquid protrudere in lucem. Specimina Tibi mittimus. Maecenatem Te omnes experti fuerunt, quotquot aliquid habuere Maronis. Siquidem aliquid residuum est gratiae illius qua clarissimum quondam beasti Barlaeum, aliqua, vel minima saltem portio adjiciatur mihi; procurabit illa, ut non Principi modo, & patriae, sed Nomini quoque Tuo aeternum litem, meq. meaq. omnia Tibi devoveam.

Bredae XX Novemb. M. DC. LXV.

S. Ml.
Nr 182.

© British Library
Add MS 22953, f. 156-157
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6475

© British Library
Add MS 22953, f. 156-157
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6475

© British Library
Add MS 22953, f. 156-157
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6475

Mijn Heer

Mijn Heer Huijgens
Heere van Zulichem &c.

Cordi ...

Hage

p Amst.

© British Library
Add MS 22953, f. 156-157
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6475